



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

Decreta Et Statvta Maximiliani Henrici ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459


auar, scilicet post
unionem, semper
& pelum, & Ca-
etiam manus prius

lebrans si non pro
e dicens *Sit nomen*
o, nec Mitra, nec

era paramenta et-
du, & ibi super col-

genuectant ad
em & communitio-
tris dat ei manipu-
mnes genuuectant
Euangelium.

s celebrans seruat
abreitas Missalis.
pus celebrat in sua
et faldistorio, ita vt
e, & ora eius cit-
iam ponitur eius
m maorelle-
acatum su-
a vel
a-



DECRETA ET STATUTA

MAXIMILIANI
HENRICI

ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS
Electoris Coloniensis,

DE TRIPLICI VICARIO GENERALI,
& cuiusque officio ac potestate.

MAXIMILIANVS HENRICVS DEI
& Apostolica Sedis Gratiâ Electus & Confir-
matus S. Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus,
& Romani Imperij Princeps Elector, & per Ita-
liam Archicancellarius, ac dictae Sedis Legatus
Natus: Episcopus ac Princeps Leodiensis, & Hil-
desheimensis: Administrator Berchtesgaden-
sis, Vtriusque Bauariae, nec non superioris Palati-
natus, VVestphaliae, Angariae, & Bullionis Dux,
Comes Palatinus Rheni, Landtgrauius Leuch-
tenbergensis, Marchio Franchimontensis: Co-
mes Loffensis, & Hornensis &c. Venerabili Cle-
ro, & uniuersis ac singulis Christi fidelibus
Ciuitatis & Archidiecepsis Nostrae Colo-
niensis salutem in Domino sem-
piternam.

CAPVT I.



Vm ex iniuncti Nobis Archiepi-
scopalis muneris debito, ob quam-
plurima, eaque, quorum mole assi-
duè premimur, grauissima negotia, qui spiritu-
acqua-

*Episcopo ni-
mis occupa-
to licet ex-
qui spiritu-*

alia per tres
Generales
Vicarios,
Suffragane-
um, Vicariū
in spiritua-
libus & Of-
ficiale, quo-
rum gesta
censetur esse
Episcopi.

nequaquam per Nosmetipsos sumus suffici-
entes omnibus; Spiritualibus autem com-
primis intendere, potissimum Nostrum sit
studium & conatus, Generales tres, ut Vi-
carios, qui in partem oneris Nostri Archi-
episcopalis per Ciuitatem & Archidieceſin
Nostram Colonienſem ſuccedant, confi-
tuamus, ſacri Nobis Canones & iura per-
mittunt. Primus horum in Pontificalibus
vices Noſtras gerens, vſitato paſſim nomine
Suffraganeus. Alter qui Spiritualia curat, re-
cepto loquendi more ſimpliciter Vicarius
in Spiritualibus. Tertius qui præcipue in-
tendit cauſis fori contentioſi, proprio no-
mine Officialis appellatur.

*c. potest quis per alium 68. & c. qui facit per alium
72. de reg. iur. in 6. l. 1. §. penult. de procur. Et cum ſinguli
Officium, quod Episcopo conſtituenti Ordina-
rio iure competit, ipſius vice & nomine exerce-
ant, eandem cum illo Ordinariam in ſuo vnoquo-
que munere iuriſdictionem participant, ſicut col-
ligitur ex c. inter cetera de Offic. Ind. Ord. c. cum E-
piſcopus eod. tit. in 6. l. ſolet 16. cum ſeq. vbi gloſſ. & DD.
ſ. de iuriſd. omnium iudic. Riccius in praxi Reſolut.
199. Zoëſius comment. in lib. 1. Decretal. tit. 28. n. 10. & 11.
& Rota diuerſ. part. 2. deciſ. 297 & apud Seraph. deciſ.
1057. n. 5 De Vicario enim in Pontificalibus Gene-
rali ſeu Suffraganeo patet ex c. quoniam in plerif-
que vbi gloſſ. & DD. verbo Vicarium de Offic. ind. Ord.
& c. ſi Episcopus de Præb. in 6. De Vicario autem in
Spiritualibus Generali ex c. in nona 16. q. 7. c. cum
nullus de temp. Ord. in 6. & c. cum in generali de offic.
Vicarij eod. 6. De Officiali denique ex c. 2. de conſuet.
in 6. citato c. cum nullus; item ex c. licet vbi gloſſ. verb.
Officiale. c. cum in generali de Offic. Vicarij in 6. Cle-
mont. 2. de reſcript. iuncta gloſſa ibidem verbo Officia-
lis. Debent autem ſinguli limites ſue potestatis
obſeruare, non egredi, nam aliaſ factum non te-
neret. Zoëſius loco citato n. 10.*

Eorum fa-
cultates hæc

§. 2. Et quanquam trium iſtorum Vica-
riorum

ani Henrici

simus suffici-
autem com-
Nostrum sic
tres, ut Vi-
Nostrum Archi-
chidicecefin
dant, consti-
es & iura per
Pontificalibus
passim nomine
ualia curat, re-
citer Vicarius
præcipue in-
proprio no-

riorum potestates proprijs officijs & digni-
tatibus discretæ sint, iura etiam decernant,
quantum cuique Generali Vicario iurisdic-
tionis competat, neque Nos maiorem No-
stris Vicarijs in utroque foro iurisdic-
tionem tribuere, quàm iure ordinario ipsis
competere debeat, prohibeamur: quia ta-
men annis superioribus non raro fuit ani-
maduersum, ex non satis discriminata sin-
gulorum facultate confusas iurisdictionis
actiones, nimias functionum dilationes,
animorumque offensiones, præter Nostram
intentionem, interdum fuisse subortas.
Hinc Nos post hac incommodis eiusmodi
occurrere cupientes, omninò volumus cu-
iusque Vicariatus unicuique, cum in foro
interno, tum externo, voluntario & contem-
tioso, tam à iure communi, quàm à Nobis
tributam iurisdictionis potestatem distin-
ctam esse, illamque integram, intactam &
illæsam seruari.

§. 3. Quod ut clariùs omnia & singu-
lis, ad quos spectat, constet, declaramus &
præsentium tenore decernimus, ea omnia
competere Vicario Nostro in Pontificali-
bus Generali, quæ sunt Pontificalia, quæ
item versantur circa potestatem ac ministe-
rium Ordinis & dignitatis Episcopalis, vel
eius connexa & coniuncta sunt, ut quo-
cunque tandem modo ex eo pendeant: cu-
iusmodi sunt; quarumcunque Ciuitatis &
Archidicecesis Nostræ Colonienfis Eccle-
siarum, tum Metropolitanæ, tum Collegia-
tarum, Parochialiumque & quorumuis Or-
dinum Regularium, tam virorum, quàm
mulierum, & aliorum quocunque nomine
cessantur locorum priorum; Altaria, Cali-

Genus con-
fusa, decla-
rantur &
distinguen-
tur.

Ad Vicariò
quidem in
Pontificali-
bus Genera-
lem spectat
exercitia
Ordinis &
dignitatis
Episcopalis,
uti Ecclesie
Altaria,
Calices, Pa-
tenas & Cā-
panas conse-
crare, atque
indulgentias
elargiri

storum Vica-
riorum



4 Decreta & Statuta Maximiliani Henrici

ces, Patenas, Campanas, atque ipsasmet Ecclesias consecrare: nec non ratione muneris sui Episcopalis Indulgentias vnus anni in ipso die Dedicacionis seu Cōsecrationis cuiusque Ecclesie vel Altaris, & in die Anniversario Consecrationis huiusmodi (sicut & aliam ob causam iustam, atque in casibus Episcopo iure Ordinario permisis) quadraginta dierum Indulgentias elargiri.

c. per lectis §. ad Episcopum dist. 25. c. quamuis dist. 68. §. quanto ubi gloss. verb. reseruaa & Abb. n. 2. & 3. de consuet. c. transmissam ubi gl. fin. de elect. c. aqua ubi gloss. verb. iurisdictionis & Abb. num. 2. 4. & 7 de consec. Eccl. c. accedentibus ubi. Abb. n. 2. de excess. Pralat. c. cum ex eo §. adhac & c. ubi. Abb. n. 5. de penit. & remiss. c. 1 & fin. eod. tit. in 6. ubi Fran. n. 4.

Ecclesias & Capellas de nouo extruere & destruere, atque extructas benedicere, & in Altari portali celebrandi licentiam imperari.

§. 4. Item quaslibet Ecclesias, Capellas, Oratoria, Altaria, ac loca pia de nouo ædificandi, eademque si ruinam minentur, vel in meliorem sint reducenda formam, vel in commodiorem locum transferenda, demolendi: Ecclesias quoque, Capellas, & Oratoria recens ædificata & nondum consecrata iuxta regulam in Rituali Romano positam benedicendi, nec non in Ecclesijs huiusmodi Capellisque & Oratorijs super Altari portatili consecrato sanctissimum Missæ Sacrificium, si ubi id exegerit necessitas, & ad breue tempus, celebrandi, diuinaque ibidem Officia peragendi facultatem dare.

Rituale Rom. tit. Ritus benedicendi nouam Ecclesiam.

Loca sacra violata reconciliare.

§. 5. Adhæc Ecclesias & loca sacra, aut illis annexa, si quæ violari contingat, reconciliare.

Cœmeteria, Cruces, Imagines

§. 6. Cœmeteria, Cruces, Imagines, Corporalia, Tabernacula, qualiacunque tegumenta

que ipsa met Ec-
ratione muneris
as vnus anni in
osecrationis cu-
s, & in die Anni-
huiusmodi (sicut
atque in casibus
permissis) qua-
ias largiri.

25. c. quamuis dist.
ata & Abb. n. 2. & 3.
m. de elect. c. aqua ubi
m. 2. 4. & 7 de consec.
de excess. Pralat. c.
s. de ponit. & remiss.

4.
ecclesias, Capel-
loca pia de nouo
inam minentur,
nda formam, vel
ansferenda, de-
e, Capellas, &
& nondum con-
Rituale Romano
non in Ecclesijs
Oratorijs super
sanctissimum
exegerit neces-
lebrandi, diui-
endi facultatem

endi nouam Eccle-

loca sacra, aut
contingat, re-

es, Imagines,
aliacunque re-
gumen-

gumenta, ornamenta, paramenta & indu-
menta Ecclesiastica, ac quæuis alia vasa &
utensilia ad diuinum cultum peragendum
necessaria benedicere, eaque benedicendi,
atque violata loca reconciliandi licentiam,
quibusdam idoneis ac probatis Sacerdoti-
bus, secundum potestatem à Sede Apostoli-
ca Nobis peculiariter factam, ac de expressa
summi Pontificis voluntate à Nobis eidem
Nostro Suffraganeo communicatam, atque
Pontificalis ac Ritualis Romani normam
vice Nostra & Apostolica Nobis attributa
& vt supra dicto Suffraganeo Nostro com-
municata auctoritate concedere.

6. 7. Item facta electione quorumcum-
que Abbatum & Abbatissarum, quibus Ar-
chiepiscopali Nostra auctoritate Ordinaria
impendendum est confirmationis munus,
electionis formam & actum, atque electæ
personæ habilitatem, fidem, ætatem, vitam,
mores, prudentiam, & alias qualitates re-
quisitas ex præscripto Sacrorum Canonum,
Concilijque Tridentini & Constitutionis
fel. rec. Gregorij huiusce nominis XIV. Pa-
pæ diligenter examinare, explorare, inqui-
tere & discutere, ac deinde si, præmissa per se
diligenti examinatione huiusmodi & dis-
quisitione, ritè omnia confecta, & ipsæ
personam electam dignam esse & idoneam
atque à Nobis confirmationis literas obti-
nuisse compererit, eandem, iuxta ritum in
Pontificali præscriptum, benedicere.

c. venerabilem de elect. est enim, inquit ibi text.
regulariter & generaliter obseruatum, vt ad eum
examinatio personæ pertineat, ad quem imposi-
tio manus spectat & colligitur ex o. nihil est de electo
c. indemnitaribus eod. tit. in 6. gloss. fin. in c. cum ex in-
iuncto de heret. c. si Episcopus ubi gloss. de prab. in 6.

gines, &
quæuis orna-
menta, para-
menta, &
utensilia Ec-
clesiastica
benedicere

Electorum
Abbatū &
Abbatissarū
qualitates
examinare,
eosq. post im-
petratam
Confirmatio-
nem, benedi-
cere



¶ Decreta & Statuta Maximiliani Henrici

Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 7. 11. & 12. sess. 25. de Regul. cap. 6. & 7. Gregorij Papa XIV. constit. 6. Bullarj tom. 2. Concil. prouinc. Colon. sub Hermanno 5. part. 1. cap. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & seq.

*Sacra olea
benedicere.*

§. 8. Quintâ feriâ Cœnæ Domini Oleum Catechumenorum & Infirmorum benedicere, Chrisma conficere.

*Primam
Tonsuram,
minores &
maiores Or-
dines confer-
re; Ordinan-
dos exami-
nare, super
interstitijs,
Irregulari-
tatibus, sus-
pensionibus,
& defectu
patalium.
dispensare.*

§. 9. Primam idem Tonsuram, omnes, etiam sacros ac Presbyteratus Ordines aptis & idoneis personis conferre, Ordinandos examinare, admittere, vel reijcere; eorundem qualitates & dotes, vitia, ac defectus animi seu corporis cognoscere, & iudicare, super interstitijs à sacro Concilio Tridentino præscriptis, nec non irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto, non tamen homicidio voluntario, prouenientibus, & cum eo, qui defectum patitur natalium, ad Clericalem Tonsuram & quatuor minores Ordines, iuxta communis iuris & eiusdem Concilij Tridentini dispositionem, dispensare.

Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 7. 11. 13. & 14. & sess. 24. de reform. cap. 6. c. 1. de filijs Presbyt. in 6.

*Super defe-
ctu ætatis
vnius anni
ad Presbyte-
ratum dis-
pensare: hæ-
reticos, eor-
umq; filios
conuersos
Ordinare
extra temp-
pora, & non
seruatis in-
terstitijs, om-
nes etiam*

§. 10. Insuper, vt necessitatibus Ecclesiarum Ciuitatis & Archidiœcesis Nostræ Colonensis circa ministrorum idoneorum penuriam melius prospiciatur, cum Clericis Nostris subditis super defectu ætatis vnius anni, vt ad Presbyteratum promoueri possint; nec non cum hæreticis, arque etiam cum hæreticorum filijs eiusdem Ciuitatis vel Archidiœcesis Nostræ subditis, præuicium tamen hæresum abiuratione iudiciali, sanctæ Matri Ecclesiæ reconciliatis, vt ad sacros etiam Presbyteratus Ordines, si alius idonei sint, nec aliud Canonicum ijs obte-

impe-

impedimentum, promoueri possint, dispensare. Item quatuor minores & sacros Subdiaconatus, Diaconatus & Presbyteratus Ordines, extra tempora ad id à iure statuta, & non seruatis interstitijs, Clericis pariter Nostris subditis conferre, iuxta peculiare à Summo Pontifice in Congregatione Generali sanctæ Romanæ & vniuersalis Inquisitionis facultates Nobis concessas, & de expressa eiusdem Pontificis Maximi voluntate à Nobis dicto Suffraganeo Nostrò communicatas;

Presbyteratus Ordines conferre.

§. 11. Ab Ordinandis fidei Catholice professionem iuxta formulam à Pio IV. Summo Pontifice sel. mem. præscriptam, per se, vel alium à se deputatum, recipere.

Ab Ordinandis fidei professionem recipere.

Pij Papa 4. constitut. 89. Bullarij tom. 2.

§. 12. Literas item dimissoriales quibusuis Nostris Archidiœcesanis Colonensibus, qui ab alieno Episcopo petunt Ordinari, concedere. Nam quemadmodum, ex Apostolicæ sedis delegatione & expresso Nostrò consensu ius & potestas Ordinandi cunctos Ciuitatis & Archidiœcesis Nostræ Colonensis subditos Ordinis capaces, tam Seculares, quàm Regulares, quantumuis exemptos, est penes Nostrum in Pontificalibus Generalem Vicarium, tanquam ordinarium ministrum Sacramenti Ordinis ex vi & potestate sui officij; ita ad eundem quoque Nostrum in Pontificalibus Vicarium vel maximè spectat, literas dimissorias dare iisdem Nostris subditis Archidiœcesanis, qui ab alio Episcopo petunt Ordinari: is enim rectè potest dimissorias literas concedere.

Literas dimissorias ad Ordines ab alieno Antistite accipiendos concedere.

Decreta & Statuta Maximiliani Henrici

dere, qui & licitè ordinare valet; cum eiusdem sit potestatis Ordinare, vel literas dimissorias concedere. Quare nemo Ciuitatis aut Archidiœcesis Nostræ prædictæ, vel Secularis vel Regularis etiam quantumcunque exemptus, ad Primam Tonsuram aut Ordinem aliquem ecclesiasticum coram alieno Episcopo se præsentet, nisi de speciali Nostra, Nostrive Vicarij in Pontificalibus Generalis licentia in scriptis obtenta; neque etiam qui alterius Diœcesis est, Nostræ in Pontificalibus Vicario præsentetur absque Antistitis sui Diœcesani vel eius Vicarij in Pontificalibus Generalis litteris dimissorialibus, in quibus ipsius natales legitimi ex Catholicis parentibus, Baptismus, Confirmatio, Ætas, Honestas siue famæ integritas, Doctrina, Titulus, cæteræque qualitates ad ecclesiasticos Ordines suscipiendos necessariæ commendentur. Litteræ verò dimissoriæ ab alio, quàm à proprio Ordinario Diœcesano seu eius Vicario prædicto impetratæ nullius sint roboris seu momenti; easque concedens contra Concilij Trid. decreta, ab officio & beneficio per annum suspensus sit: nisi à Capitulo Cathedrali post annum à die vacantis sedis Episcopalis, aut infra eum annum, vbi ecclesiastici beneficij recepti, aut recipiendi occasione Ordinandus fuerit, arctatus.

c. nullus c. quando dist. 24. c. quoniam in plerisque ubi gloss. verbo Vicarium, de offic. iud. Ord. c. si Episcopus de Prab. in 6, & explicatiùs Conc. Prouinc. Colonien. locis supra citatis. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 222 n. 9. Tiberius instruct. Ordinand. cap. 7. quest. 51. vers. quod si absente &c. gloss. fin. in c. cum nullus de temp. Orda.

Similiani Henrici

valet; cum eius-
re, vel literas di-
re nemo Ciuita-
trae praedictae, vel
tiam quantum-
nam Tonsuram
e fasticum coram
et, nisi de specia-
lij in Pontificali-
scriptis obtentis.
Diocesesis est, No-
rio praesentetur.
cesani vel eius.
Generalis litteris.
ipsius natales le-
tibus, Baptis-
onestas siue fa-
titulus, caetera-
sticos Ordines
commendentur,
lio, quam a pro-
seu eius Vicario
sint roboris seu
s contra Conci-
& beneficio per
apitulo Cathe-
ntis sedis Epif-
n, vbi ecclesia-
ipiendi occa-
atus.

nam in plerisque
Ord. c. si Episco-
Prouinc. Coloni-
itr. iudic. cas. 222
quest. 51. vers.
nullus de temp.
Ordo.

Archiepif. Colon. De Tripl. Vic. Gen. Cap. 1. 9

Ord. in 6. Rota apud Seraphinum decis. 985. n. 3. c. cum
nullus. c. nullus de temp. Ord. in 6. Cone. Trid. sess. 7. de
reform. c. 11. & sess. 23. de reform. c. 3. 8. & 10. Cone. Trid.
sess. 7. de reform. c. 10. & cit. sess. 23. c. 10.

§. 13. Cum autem crebro compertum
sit nonnullos ex Ciuitate vel Archidiocesi
Nostra Coloniensi indoctos, ac vitae non
satis probatae, nec alijs requisitis a sacris
Canonibus & Oecumenico Concilio Tri-
dentino dotibus & qualitatibus praeditos,
fuisse Ordinatos; alios vero vt Generalis
Nostrae Coloniensis in Pontificalibus Vicarij
inquisitionem & examen subterfugerent,
quin & minus idoneos, rudes & ignaros, ab
eodem Nostro in Pontificalibus Vicario,
tanquam inhabiles & indignos reiectos,
Dimissorias litteras varijs modis extorsisse;
atque earum praetextu in exteris Diocesi-
bus sacros Ordines furruè & interstitijs mi-
nimè seruatis suscepisse: vnde graui ple-
rumque nata sunt incommoda & offendi-
cula; cum sic dolosè vitiosèque Ordinari,
nec diuina officia peragere, nec ecclesiasti-
ca Sacramenta rectè valuerint administrare.
Nos pro Officij Nostri debito tantis de hinc
malis obuiare volentes, seuerè prohibemus
Coloniensi Nostro tum Officiali, tum Vi-
cario in spiritualibus Generali, tum alijs o-
mnibus, ac singulis vbiuis locorum Archi-
diocesis Nostrae Coloniensis, constitutis
Officialibus, Vicariis, Commissariis atque
ministris quocunq; nomine vocentur, aut
vice Nostra fungantur munere, ne illorum
quispiam deinceps vlli Ciuitatis vel Archi-
diocesis Nostrae Coloniensis subdito, quā-
sumlibet exempto litteras dimissorias ad

Quod nec
Vicario in
Spirituali-
bus Gene-
rali, aut
Officiali, vel
cuiquam al-
teri licet.

A 5

primam

Primam Tonsuram, ecclesiasticamue Ordinem seu minorem seu maiorem ab alieno Episcopo suscipiendum, quantumvis graui ac legitimâ causâ urgente, concedat; neque etiam Archidiaconorum Nostrorum Coloniensium quemquam permittat ab alieno Episcopo Ordinari, nisi habitis prius à Nobis seu Generali Nostro in Pontificalibus Vicario literis dimissoriis. Insuper sub pœna suspensionis inhibemus Archidiaconis Nostris Coloniensibus quibuscunque, etiam exemptis, ne quisquam illorum ab alieno Episcopo Clericalem Tonsuram vel ecclesiasticum aliquem Ordinem accipere præsumat, absque speciali Nostra, Nostriue Vicarii in Pontificalibus Generalis licentia inscriptis obtenta.

Licentia ab alieno Episcopo suscipiendi primam Tonsuram vel ecclesiasticum Ordinem seu minorem seu maiorem impetranda est à proprio Episcopo Diœcesano seu eius Vicario in Pontificalibus Generali, penes quem est ius licitè Ordinandi quosuis subditos Diœcesanos Ordinis capaces, tum seculares tum regulares, exemptos & non exemptos. *c. quoniam in plerisque de Offic. iud. Ord. ubi gloss. verb. Vicarium & DD. passim. c. si Episcopus de præb. in 6. Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 11. sess. 14. de reform. c. 3. & sess. 23. de reform. c. 3. 8. & 10.* Vicarius autem in spiritualibus Generalis, item Officialis Episcopi, hanc potestatem alienum Episcopum adeundi, nulli subdito ordinando facere potest, cùm ad hoc se non extendat ipsius officium, sicut expressè ait *text. in c. cum nullus de temp. ord. in 6. & glos. in c. licet de Officio Vicarij eodem 6. nec etiam Archidiaconus c. significasti. de offic. Archid.* is enim Ordinario iure potest dimissorias literas dare, qui & licitè ordinare valet. *Gloss. fin. in d. c. cum nullus*; cum eiusdem sit potestatis ordinare, vel literas dimissorias concedere. *Ita Rota apud Seraphinum decis. 985. n. 3.*

§. 14. Prætereà ad Vicarium Nostrum in Pontificalibus Generalem pertinet Sacramenta Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ Vnctionis, quibusuis Ciuitatis & Archidiœcesis Nostræ Colonienfis personis, vbi, quando, & quoties expedire sibi videbitur, ministrare, & eorundem Matrimonii assistere.

Ad eundem Suffraganeum spectat Sacramenta omnia Ecclesiastica ministrare.

§. 15. A casibus Nobis quomodolibet reseruatis pœnitentes absoluerè.

A casibus reseruatis absoluerè.

§. 16. Similiter sacrosanctum Missæ Sacrificium, maioresque & minores Horas Canonicas, quæcunque alia diuina officia solenni & Pontificali ritu in Ecclesiis & locis Ciuitatis & Archidiœcesis Nostræ Colonienfis, in quibus id ad maiorem Dei gloriam, animarumque consolationem & profectum spiritualem pertinere iudicauerit, celebrare ac decantare; populo solenniter ac Pontificaliter benedicere.

Horas Canonicas & Missæ Sacrificium Pontificaliter celebrare.

Conc. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. par. 7. cap. 37. pag. 384.

§. 17. Derebus diuinis, tum ad Clerum, tum ad populum publicè ac priuatim, prout occasio & necessitas postulabit, ad peccatorum auditorum inflammanda, & in mentibus illorum Dei timorem, amoremque ingenerandum, verba facere; cæteraque omnia ac singula alia munera Pontificalia, etiam quæ notâ aut expressionem magis specialem requirerent, nec censentur comprehensa sub generali huiusmodi Nostrâ declaratione & decreto, erga personas alioquin habiles & idoneas exercere, obire &

Publicè & priuatim prædicare.

12 *Decreta & Statuta Maximiliani Henrici*
peragere, iuxta Pontificalis Ritualisq̄ue Ro-
mani & Cæremonialis Episcoporum præ-
scriptum.

*Consilio Ec-
clesiastico
præsidere.*

§. 18. Volumus etiam, vt Generalis
Noster in Pontificalibus Vicarius pro tem-
pore existens à fel. mem. Ernesto & Ferdin-
ando Archiepiscopis & decessoribus No-
stris Præsides Consilij Nostri Ecclesiastici
Coloniensis constitutus, idem Consilium,
quoties videbitur, conuocet, occurrentes
causas & supplicationes Consiliariis ad de-
liberandum clarè proponat, suffragia sin-
gulorum exquirat, & iuxta illorum potio-
rem partem concludat, conclusa executioni
demandari curet: iis tamen, quæ maioris
fuerint momenti, ad Nos prius relatis. Ab-
sente autem Nostro in Pontificalibus Vica-
rio, alius ab ipso ex Consiliariis Nostri Ec-
clesiasticis substitutus eotempore suppleat
eius vices, atque prædicta perficiat.

*Denique si-
cuti Suffra-
ganeum ob
Episcopalem
qua præmi-
ner, Digni-
tatem, ab
omnibus ho-
norari par
est, ita &
ornamentis,
atque insig-
nijs Pontifi-
s alibus ubi-
que decorari.*

§. 19. Porro cum ex grauissimo Tri-
dentini Concilii decreto, tum Cæremonia-
lis Episcopalis præscripto Episcopis quibus-
cunque seriò præcipiatur, vt tam foris,
quàm in Ecclesia gradum suum & Ordinem
præ oculis habentes, vbique se Patres
& Pastores esse meminerint, nusquam au-
tem ita indignè se demittant, vt, qui Patrum
locum tenent, ministrorum munus subire
videantur, reliquis verò tam Principibus,
quàm cæteris omnibus, vt eos paterno ho-
nore ac debitâ reuerentiâ prosequantur,
ibidem inculcetur, non tantum fas est, quin
sacris Canonibus, Conciliis generalibus, at-
que diuersis alijs Apostolicis Sanctionibus
ad Episcopalis dignitatis decorum & graui-
tatem

tatem pertinentibus inhærentes cenſemus, & hoc Noſtro decreto declaramus eundem Noſtrum in Pontificalibus Vicarium tanquam ad vniuerſitatem cauſarum & officiorum Pontificalium in Ciuitate & Archidiœceſi Noſtra Coloniënſi exercendorum, de ſpeciali conſenſu Noſtro, Apoſtolicâ auctoritate delegatum, atque adeò Ordinarîâ de iure communi iuriſdictione ſiue potestate præditum, per eandem Ciuitatem & Archidiœceſin Noſtram & in quibusuis Eccleſiis & locis, qualiacunque præ eminenti dignitati Episcopali competentia indumenta, ornamenta, paramenta & inſignia publicè & priuatim geſtare; Mitrà & Baculo Paſtorali in functionibus ſuis Episcopali- bus vti: vniuerſis item & ſingulis iuribus, honoribus, prærogatiuis ac præ eminentiis, quibus Episcopi Titulares aliorum Episcoporum Vicarii in Pontificalibus Generales, atque alii Antiftites extra Romanam curiam, in aliena Diœceſi de iure, vſu, & conſuetudine reſpectiue vti, frui, & gaudere poſſunt & debent, pari modo liberè ac licitè vti, frui, & gaudere poſſe & debere, ſingulis noſtris ſubditis Noſtrâ, reliquis verd Concilii Tridentini auctoritate mandantes, vt antedictum Noſtrum Episcopali dignitate præfulgentem Vicarium paterno quoque honore ac debitâ vbiuis reuerentiâ proſequantur; nec ipſe ſtatus ſui oblitus, Pontificiam ſuam dignitatem indecenti quadam demiffione, & debiti habitus neglectu labefactet, dedecoret, vel dehoneſtet.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 17. Carem. Episc. lib. 1. c. 40. pag. 17. col. 2. & ſeq. c. Episcopus in Ecclesia diſt. 95.

milian Henrici

Ritualisque Ro-
ſcoporum præ-

, vt Generalis

icarius pro tem-

rneſto & Ferdi-

ceſſoribus No-

tri Eccleſiaſtici

dem Conſilium,

t, occurrentes

onſiliariis ad de-

, ſuffragia ſin-

illorum porcio-

cluſa executioni

, quæ maioris

rius relatis. Ab-

rificalibus Vica-

ariis Noſtris Ec-

mpore ſuppleat

perficiat:

rauiſſimo Tri-

am Cæremonia-

episcopis quibus-

, vt tam foris,

ſuum & Ord-

ibique ſe Patres

, nuſquam au-

, vt, qui Patrum

munus ſubire

in Principibus,

os paterno ho-

proſequantur,

im fas eſt, quia

generalibus, at-

Sanctionibus;

orum & graui-

tatem

14 *Decreta & Statuta Maximiliani Henrici*

o. quis dubitet. cap. duo sunt, cum seq. dist. 96. & solita de maior. & obed. Menochi cons. 52. num. 59. 88. 89. 90. 91. & seq. Rota apud Caputaquen. par. I. decis. 307. num. 1. 3. & 4. c. quoniam in plerisque de officio Iud. Ord. ubi gloss. & Hostien. verbo vicarium disertè aiunt Episcopum alterius Episcopi Vicarium in Pontificalibus Generalem seu Suffraganeum habere ordinariam iurisdictionem siue potestatem: & colligitur ex c. si Episcopus de Præb. in 6. Quod Episcopus, cui in aliena Diocesi Episcopalia munia obire Apostolica autoritate conceditur, uti possit Mitra & Baculo Pastoralis, expressè habetur in Cer. Episc. lib. 1. cap. 17. pag. 93. col. 1. in fin. & col. 2. Differentiam vero Baculi Episcopalis à Baculo Abbatiali vide apud Gauant. in Rubr. miss. par. 1. tit. 19. sub n. 3. lit. E. & par. 2. tit. 1. sub n. 6. lit. X. pag. 96. col. 1. circa med.

C A P V T II.

Ordinaria autem Vicarij in Spiritualibus Generalis potestatis est, quascunque Collegiatis, Capitula, Parochiales, aliasq. Ecclesias & personas, atque utriusq. sexus Monasteria hospitalia, & Confraternitates visitare, Fratrum & aliorum

§. 1. **A**lia verò quàm suprà dicta spiritualis iurisdictionis exterioris & interioris exercitia, quæ nullum ordinariū Iuris processum, neque Iudicem tribunali sedentem requirunt, Vicario Nostro in spiritualibus Generali incumbunt, ut sunt quascunque Collegiatis earumque Capitula, nec non Parochiales; cæterasque alias Ecclesias & personas, item Monasteria, Conuentus, & Ecclesias quorumvis ordinum Regularium, tam viroꝝ, quàm mulierum; etiam Nobilium Virginum Canonissarum appellatarum Collegia, Hospitalia, Confraternitates laicorum & omnia, quocunque nomine censentur, loca pia Civitatis & Archidiocesis Nostræ Coloniae, sis tam in capite, quàm in membris, assum-

pro

prosecum Notario Clerico non coniuga-
to, vel saltem aliquo Presbytero, quotan-
nis, quin etiam toties, quoties opus fuerit,
tum Archiepiscopali Nostrâ ordinariâ, tum
Apostolicâ Nobis à Concilio Tridentino
& Apostolicis Constitutionibus delegatâ
auctoritate visitare, ac de fide, vita, moribus
& regimine Abbatum, Præpositorum, De-
canorum, Canonicorum, Parochorum, Vi-
cariorum, Capellanorum, Sacellanorum,
Officiariorum, quarumcunque personarum
Regularium, Custodum, Ludimagistro-
rum, Edilium, Prouisorum, reliquorum-
que incolarum diligenter inquirere, exces-
sus subditorum corrigere, & delinquentes,
prout qualitas excessus exegerit, punire,
contradictores quoslibet & inobedientes
sub censuris & alijs pœnis Ecclesiasticis
compellere, abusus quoscunque tollere &
abolere iuxta Sacrorum Canonum, Conci-
lijque Tridentini, & Summorum Pontifi-
cum Constitutiones, implorato etiam &
adhibito, vbi opus fuerit, publico brachij
secularis auxilio.

quorumcun-
que defectus
corrigere.

*c. Inter cetera c. Conquerente de offic. iud. ord. s. cum:
Apostolus de censibus. c. 1 §. sanè & seq. eod. tit. in 6s.
De modo & scopo visitationis vide. Conc. Trid. sess.
24. de reform. c. 3.*

§. 2. Item Sacramenta Baptismi, Pœni-
tentia, Eucharistia, & Extremæ Vnctio-
nis, quibusvis Ciuitatis & Archidiœcesis
Nostræ Colonienfis personis, vbi, quando
& quoties ipsi Vicario Nostro expedire vi-
debitur, ministrare, earundemque persona-
rum Matrimonij assistere: eadem insuper
Sacramenta administrandi potestatem a-
liis idoneis & dignis Sacerdotibus delegare.

Sacramenta
Ecclesiastica
ministrare,
ac matrimo-
nij assistere.

§. 3. Item

Denuncia-
tiones ma-
trimoniales
remittere,
atque in ir-
regularitati-
bus & sus-
pensionibus
dispensare.

§. 3. In proclamationibus matrimonia-
libus rationabili ex causa, & in irregularita-
tibus ac suspensionibus ex occulto delicto,
non tamen homicidio voluntario, proue-
nientibus, iuxta Concilii Trid. decretum
dispensare.

Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. & eadem
sess. de ref. c. 6.

A casibus
reſervatis
absolvere.

§. 4. A casibus Nobis quomodolibet
reſervatis Pœnitentes absolvere.

Sacerdotes
ad Confessio-
nes, & Ec-
clesiastica
beneficia
admittendos
examinare
& approba-
re.

§. 5. Quoscunque Sacerdotes ad Con-
fessiones quarumcunque personarum sacra-
mentaliter audiendas, cum facultate ut ab
iisdem casibus Nobis reſervatis Pœniten-
tes suos absolvere queant; item ad prædi-
candum verbum Dei, promovendos quo-
que ad quæcunque & qualiacunque bene-
ficia Ecclesiastica siue curata siue non cu-
rata Ciuitatis & Archidicœcesis Noſtræ
Coloniensis, ſervatâ in omnibus ac per om-
nia, quoad eius calamitosissimo hoc belli &
rerum ſtatu fieri poterit, formâ Concilii
Tridentini & Constitutionis ſanct. mem.
Pij huius nominis V. Papæ; examinare, proba-
re, & reprobare.

Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 13. ſeſſ. 14. de reform. c. 12.
& 13. ſeſſ. 24. de reform. c. 1. & 18. ſeſſ. 25. de reform. c. 9.
Pij Papæ 5. Conſtitutio 33. Bullarij tom. 2.

Ad benefi-
cia præſen-
tatos inſti-
tuere.

§. 6. Præſentationes personarum Eccle-
ſiasticarum ad beneficia Ecclesiastica præ-
dicta de iure patronatus existentia, per il-
lorum patronos infra legitimum tempus,
factas admittere, præſentatosque ad bene-
ficia huiusmodi, ſi tamen idonei fuerint re-
pert, ſecundum ſacrorum Canonum & di-
cti Concilii ordinationem inſtituere.

Archiepif. Colon. de Tripl. Vic. Gen. Cap. 2. 17

§. 1. de instit. in 6. c. cum ex inuncto ubi gloss. fin. de haer. c. 1. & 2. de Capel Monach. c. cum & plantare §. in Ecclesijs verò. de privileg. Rota in recent. par. 2. decis. 243. n. 7. Zoefius comment in lib. 1. Decretal. tit. 28. n. 4.

§. 7. Professionem fidei iuxta formulam supradicti Pij quarti, atque obedientiae iuramentum, à Parochis, & Vice-Parochis recipere.

Fidei professionem à Curatis recipere.

§. 8. Adhuc beneficiorum quorumcumque & officiorum Ecclesiasticorum permutationes, quæ Canonicis Sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur, item simplices qualiumcumque beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum resignationes canonicè factas ex causis, quæ Constitutione dicti Pij V. Papa, de beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum resignationibus per Episcopos & alios facultatem habentes admittendis edita continentur, recipere, admittere, atque beneficia & officia huiusmodi ex resignationibus ad eiusdem Vicarii manus factis & per ipsum admissis vacantia, aliis Clericis dignis & idoneis, iuxta Concilii huiusmodi prædictæque & alterius eiusdem Pij V. Constitutionis dispositionem, ordinariâ Nostrâ auctoritate conferre, & de illis prouisos in corporalem, realem & actuale possessionem beneficiorum & officiorum prædictorum immittere.

Beneficiorum permutationes, & simplices resignationes admittere.

Pij Papa 5. Constitutio 58. Bullarij tomo 27. ult. de offic. Vic. in 6. c. 1. de instit. in 6.

§. 9. Pensiones super beneficiis & officiis Ecclesiasticis, in casibus iure permissis, imponere.

Pensiones super ijs imponere.

§. 10. Quarumcumque Virginum Deo dicandarum voluntatem tam ante susceptionem ingredi &

Puellarum Religionem ingredi &

*miliani Henrici
us matrimonia
in irregularita
culto delicto,
ntario, proue
Trid. decretum*

m. c. 1. & eadem

*quomodolibet
uere.*

*lotes ad Con
sonarum sacra
faculrate vt ab
atis Pœnitent
tem ad prædi
ouendos quo
acunque bene
a siue non cu
ecesis Nostræ
bus ac per om
no hoc belli &
ormâ Concilii
s sanct. mem
minare, proba*

*4. de reform. c. 12.
25 de reform. c. 9.
2.*

*onarum Eccle
e siastica præ
tentia, per il
num tempus
que ad bene
fici fuerint re
nonum & di
ticuere.*

6, 10

nem habitus, quàm emissionem professionis regularis, iuxta decretum Concilij Tridentini diligenter examinare, & explorare, & id genus alia voluntariæ iurisdictionis spiritualis (iis tamen omnibus, quæ ad Generalem Nostrum in Pontificalibus Vicarium, vt supra diximus, pertinent, omninò exceptis) etiam si talia sint, quæ sub generali hac Nostra declaratione & decreto nō comprehendantur, nisi speciatim exprimantur, administrare, gerere ac perficere, nisi tamē præmissorum aliqua alicui alteri specialiter ex causis aliquando animum Nostrum mouentibus committenda esse censuerimus.

Conc. Trid. sess. 25 de Regular. c. 17.

C A P V T III,

Officiali vero ordinaria potestate cōpetit: quas eumq; causas controversas cognoscere & decidere.

§. I. **E**A demum, quæ sunt fori externi & contentiosi, formalemq; iuris processum ac decretum seu Sententiam iudicalem exigunt, ad contentiosum Officialis Nostrum tribunal declaramus pertinere, quæ sunt: contentiosas causas siue controuersias Ecclesiasticas & profanas, cum ciuilem criminales, tū mixtas, siue ad Procuratoris Fisci, siue ad aliorum quorumcunque instantiā moras audire, cognoscere, ac, prout iustitia sua ferit & ordo dicauerit rationis, definire; cunctaque ac singula in prædictis causis seu controuersis & circa illas necessaria, seu quomodolibet opportuna, etiam si talia fuerint, quæ specificā magis & expressiorē postulant mentionem, facere, dicere & exequi, demptis tamen illis omnibus, quæ Generali Nostrorum in Pontificalibus, tum in Spiritualibus Vicario Coloniensi & eorum cuilibet cōpetere supra expressimus, atq; ipsis seu aliis rationabili ex causa duxerimus specialiter esse cōmittenda

Archiepif. Colon de Tripl. Vic Gen. Cap 3. 19

e.3. de offic. iud. ord. c. tua de procur. c. cum nullus, de tempor. ordin. in 6. c. licet, ubi gloss. verb. Officialem de offic. Vicar. in 6. Clem. 2. ubi gloss. verb. Officialis de rescript.

¶ 2. Quamobrem mandamus omnibus & singulis Nostri Archidiecefanis Coloniensibus, ad quos spectat, & spectabit, quacunque dignitate, auctoritate, potestate & præminentia fulgentibus, ut prædictis Vicariis Nostri Generalibus in singulis cuique præscriptis Vicariatus officii promptissime pareant & obediant, alioquin sententias seu pœnas, quasi idem Vicarii, vel eorum quilibet ritè tulerint seu statuerint in rebelles, ratas habebimus & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus Nostri Nostrorumque decessorum statutis, decretis & ordinationibus, si quæ sint, aliisque in contrarium facientibus quibuscunque. In cuius Nostre declarationis & decreti fidè præsentis literas manu Nostre subscripsimus, atque Sigilli Nostri appensione communiti iussimus. Datæ in Oppido Nostro Bonnæ die 26. Septembris 1651.


Archidia-
cesani porrò
omnes Vica-
rijs Genera-
libus obedi-
iubentur.

Maximilianus Henricus Archiepif-
copus & Elector Coloniensis.

Loco ꝛ Sigilli

Fr. Georgius Paulus Stravius Episcopus
Ioppensis, Suffraganeus & Vicarius in
Spiritualibus Generalis Coloniensis
Etc.

B. Holbeek



Faint, illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.


A block of faint, illegible text in the upper middle section of the page.


Another block of faint, illegible text in the middle section of the page.


A block of faint, illegible text in the lower middle section of the page.


A block of faint, illegible text in the lower section of the page.

A block of faint, illegible text near the bottom of the page.









I
A
D
M
C
tu
S
It
se
de
ga
Pa
D
Le
sis
S. 1